

ciatione, 3. *regiâ gubernatione.*

2. Sacerdos enim *constituitur pro hominibus in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.*
3. *Donatio autem & oblatio communiter dicitur, etiam res oblata, quæ est materia donationis: propriè magis, & formaliter, ipsa actio donantis.*
4. *Quæ vel est interna, nempe agnitio & dilectio aliqua, quâ parati sumus amittere aliquid quod amamus, quia illum cui donatur magis amamus:*
5. *vel externa, nempe executio ipsa, seu exhibitio doni.*
6. *Species quædam donationis est devotio, quâ quis animam seu vitam suam ponit, propter eos quos magis amat quàm vitam suam.*
7. *Quapropter si quis alium magis tenetur diligere quàm seipsum: propter illum utique ad amittendum etiam seipsum & sua omnia paratus esse debet.*

8. Effe-